



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 20. Motha Godrinus Valentiis trucidatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

dictæ, ac crudelitatis victima cadere cogebantur, atque hodie dum in pluribus Franciæ urbibus plures cernuntur turrets, ex quibus Calvinistæ Catholicos, scilicet Sacerdotes, & Monachos præcipites egerunt, nec pauci etiam monstrantur fontes, atque profundissimæ voraginiæ, in quas cum furcis, ac vestibus, quibus alias homines dejectorum murorum ruinas penetrare coguntur, promiscue Catholicos projecerunt.

### §. XX.

#### *Motha-Gondrinus Valentiae occisus.*

Toto hujus anni tempore Calvinistæ <sup>Titan. l. 31. num. 3.</sup> horrendas crudelitates Valentiae exercebant: equidem Guisius Dux, qui Delphinatum gubernabat, tanquam Regium Legatum huic urbi dederat Motham Gondrinum, qui in variis occasionibus Montbrunium profligavit, tandemque illum urbe expulit: verum Protestantes cum a strenuo hoc Belliduce in suo officio contineri indignarentur, ejus vitæ insidias struebant, ac die vigesima quinta Aprilis Valentia urbis, in qua Godrinius morabatur, portam occupantes, per eandem Franciscum Bellontium, sub Adretii Baronis nomine magis cognitum, cum tot copiis introducunt, ut Gondrinus ad suas ædes sese recipere cogeretur; ast Calvinistæ



**Sæcul. XVI.** vinistæ presso pede eum insequentes, lib.  
A.C. 1562. jectis januæ flammis in ipsam domum  
penetrant, ideo Gondrinus ad te<sup>m</sup> confugit, indeque data securitatis fide  
descendit: verum Protestantes illum,  
quem suæ potestati relictum cernebant,  
violata promissi fide misere trucidant,  
ejusque cadaver laqueo suspensum ad  
fenestras prætereuntibus spectandum  
exponunt: idem quoque fatum Bernar-  
dus Boucetus Nobilis Vasco Gondrinii  
Ephebus abs dubio subiisset, nisi per  
diuum tecta evasisset.

### §. XXI.

#### *Baronis Adretii crudelitates.*

**Allard. vie  
des Baron.  
des Adrets.  
Brantone  
dans l'Elôge  
de Montluc.** **H**ic idem Adretius Baro, alias Fra-  
ciscus Bellomontius dictus, erat no-  
bilis Delphinas, vir quidem animo in-  
trepidus, sed indole ferox, qui toto hoc  
bello nonnisi crudelitatibus inclare-  
bat, vindictæ stimulis agitatus, eo quod  
eo neglecto Guisius Dux Pecquinum  
in Senatu protexisset, hinc de hoc Du-  
ce ultionem sumpturus hoc anno salu-  
tis nostræ millesimo quingentesimo se-  
xagesimo secundo Hugonottarum par-  
tibus accesserat: quinimo ipsamet Re-  
gina Franciæ Regis Mater, prout ejus  
vitæ Historicus testatur, datis literis ei-  
dem præceperat, ut iis, quibusunque  
demum posset, mediis Guisii Duciis au-

tori-